

Index Lectionvm In Academia Fridericiana ... Habendarum

SS 1768 : Index, Lectionum, Publicarum Et Privatarum, In Academia Fridericiana Qvae Est Buetzovii, Per Æstatem, Anni MDCCLXVIII, Habendarum

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, 1768

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785377418>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594. 19

INDEX,
LECTIONUM,

PUBLICARUM ET PRIVATARUM,

IN



ACADEMIA FRIDERICIANA

QVÆ EST BUETZOVII,

PER ÆSTATEM,

ANNI MDCCLXVI

HABENDARUM.



BUETZOVII

TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.


INDEX
LECTIONUM

GENERALIUM ET PRIVATARUM


ACADEMIAE FRIDERICIANAE
QUI EST BUTTOWII



LIB. MUSEI
ANNO MDCCLXXV
HABESSEBAM



ANNO DOMINI
THE JOURNAL OF THE
ET ALIA



LECTIONES THEOLOGICÆ.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. Horis consuetis cursum *THEOLOGIÆ DOGMATICO-POLEM.* denuo auspicabitur, & præterea, prouti Auditorum rationes postulabunt, præcepta *HERMENEVTICES S. & Elementa HISTORIÆ ECCLES. N.T.* aut alias quasdam Studii theologici partes & disciplinas tradet.

JURISCONSULTORUM.

D. ERN. JO. FRIED. MANNZEL, Consil. & Prof. Ducalis. Anhelat finem, incommodi hyemalis Rectoratus Academici & initium periodi vernalis atque æstivæ. Docebit, D. v. per eandem & ultra, *Pandectas, per duas & Jus Feudale, tam Commune, quam Patrium, per unam, quotidie, horam.* Alia, *Actum, maxi-*

* 2

maxime Meckl. *facientia & ornantia*, prudenter ambientibus, haud denegabit. *Qua Conventus disputatorios*, res hic dudum fuit desperata. Det meliora Deus!

ADOLPH. FRIDER. TRENDELENBURG, AA. LL. M. Phil. & I. V. D. huiusque P. P. O. per instantem aestatem de-
nuo incipiet *HEINECCII Elementa Iuris civilis secundum ordinem Institutionum* hora legitima XI. ante meridiem continua commentatione interpretari, in usum eorum, qui prima in Themidis militia stipendia faciunt, has scholas ipso semestri quoque spatio, uti solet, plane absoluturus. Sicuti autem in his primos & genuinos in primis iuris romani puri fontes auditoribus aperiet, ita omnem iuris civilis privati hodierni ex Romano & Germanico mixti campum plenius dimetietur, *IUSTI HENN. BOEHMERI Introductionem in Ius Digestorum* expositurus. Quarum quidem scholarum quum praeterlapso hiberno semestri initium iam fecerit, vna tantum singulis diebus, ex Auditorum desiderio, iisdem hora dicata, iam instanti aestate ita eas continuare instituit, ut binis, iisque legitimis horis, altera scilicet X ante meridiem, altera post meridiem II, singulis diebus eas plane ad finem perduceret. Si vero sunt, qui ab initio hunc filum iam inceptum retexi cupiunt, eorum quoque desiderio satis hac ratione faciet, ut addat binis illis horis aliam, quae lubet, tertiam, in qua, quae docuit praeterlapso semestri, iterum eos doceat, qua, quidem arte fieri poterit, ut hi quoque qui nunc demum his scholis interesse incipiunt, possent hoc ipso semestri integras illas in Digestorum libros praelectiones absoluerent. Quidquid praeterea otii sibi supererit, id omne lubentissime, pro Optimorum Commilitonum desiderio, optima, qua poterit, ratione iis consecrabit; electionem iis concedens, malintne iuris naturae & gentium praecepta, an Iuris germanici privati tam vniuersalis, quam in primis Megapolitani elementa sibi tradi. Paratum quoque se promptumque praestabit iis, qui ducem eum in colloquiis eruditis, quae *examina* dicuntur, aut in *disputationibus* privatis instituendis desiderabunt, omnem moturus lapidem, ut quacun-
que

que in re, quantum in viribus ipsius positum est, commodis eorum, qui voce sua institutioneque vti non dedignantur, inseruiat. Faxit Deus feliciter!

IO. M. MARTINI, LL. D. & P. P. O. feliciter divina clementia ad finem perductis laboribus coeptis sequentes denuo per instans semestri aestivum absolvendas offert; explicaturus

1) die Geschichte der in Deutschland geltenden fremden und einheimischen Rechte des Herrn von Selchow, Goettingen 1767. hora VII - VIII matutina

2) b. Heineccii elementa iuris civilis ad ordinem institutionum hora lege definita XI - XII

3) Ill. Boehmeri ius feudale hora antemeridiana IX - X

4) Ill. Kochii institutiones iuris criminalis hora etiam matutina VIII - IX.

5) Scholam aperiet disputatoriam; vel si magis placuerit, collegium institutionale examinatorium hora post meridiem II - III.

Deus T. O. M. conatibus clementissime annuat.

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, M. P. P. O. & Sereniss. Duc. regnant. Consil. Aulicus per semestri aestivum publicas Praelectiones destinabit Methodo Medendi, juncta explicati-
one remediorum selectorum huc pertinentium. Privatim casus proponet tam Medicinam forensam, quam Praxin sic dictam clinicam concernentes, ab Auditoribus possim, suppeditata prius horum generali adumbratione elaborandos. Etsi praeterea alias institutiones artis salutaris desideraverint nonnulli, horum desiderii non deerit.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Anat. & Chir.
P. P. O.

* 3

Per

Per semestre instans prælectiones suas therapevticas sedulus continuabit hor. X - XI.

Antropologiam porro, usurus Compendio Dr. Loesecke, tradet hor. VIII - IX. neque in Chirurgicis aliisque salutaris artis doctrinis suavissimis Commilitonibus suam denegabit operam.

PHILOSOPHORUM.

ANG. IO. DAN. AEPINUS, Philos. Prof. P. O. & SEREN. DUCIS REGN. Consil. Aul. continuat, hac adhuc vice, excusationem publicam atqve notoriam. Interea Academia, qvam officiosissime, florem & felicitatem, apprecatur.

M. WENCESLAUS IOANNES GUSTAVUS KARSTEN, Math. P. P. O. prima Arithmeticae & Geometriae Theoreticae elementa docebit hora VIII - IX. interpretaturus Partem I. *seines Lehrbegriffs der gesammten Mathematick*. Eiusdem libri Partem II. in usum profectiorum conscriptam explicabit hora II - III. ea qua solet ratione. Fusius enim ac vulgo fieri solet, calculi litteralis præcepta pertractabit, usum hujus calculi in solvendis quæstionibus arithmeticis & geometricis monstrabit, tum vero Logarithmorum theoriam, utramque Trigonometriam planam & sphaericam, nec non succinctoriam Geometriae Solidae tractationem addet. Præterea hora III - IV. lectiones Matheseos Applicatae Cursorias ad Ill. Kæstneri *Anfangsgruende der angewandten Mathematick* continuabit, ac insuper privatas lectiones Artis Agrimensoriae, Architecturae militaris & Pyrotechniae seu Artis Ballisticae hodiernae cupientibus offert.

EOB. TOZIVS, Hist. P. P. O.

Hora X. Historiam Europaeam docebit secundum Compendium Achenwallianum.

Deinde & operam suam iis offert, qui ea, vel in addiscenda

da historia Imperii R. G. vel in noticia praecipuorum Europae
Regnorum & Rerum publicarum sibi comparanda, vti volent.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, LL. OO. PP. O.

- h. 8. lectiones cursorias in Prophetas priores instituet.
- h. 9. Fundamenta linguae sanctae sternet.
- h. XI. Epistolas Paullinas lectione cursoria expedit.
- h. 2. p. m. vel Antiquitates vel historiam litterariam orientis,
vel criticam sacram tradet.
- h. 3. diebus lunae & Martis Judaeo-teutonica & Rabbinica; Mer-
curii & Jouis Chaldaeo-Syriaca; veneris autem & Saturni
diebus Arabica docere perget.

Praeterea Commilitonibus indolis erectioris, qui panem
haud cogitant, nam eiusmodi quaestuosas animas operariis
relinquunt Orientis litterae, aditum ad legenda omnis ge-
neris manuscripta Rabbinica & Arabica, quorum appara-
tum haud contemnendum seruat, lubenti animo aperiet.

IO. NIC. TETENS, *Phys. Prof. P. O. & Paedag. Duc.*

Dir.

*Logicas suas & Metaphysicas praelectiones, ea, qua hucus-
que illas habuit ratione, denuo, annuente Deo, persequuturus
est; Paratus quoque, si qui sint, qui aut Philosophiam Natura-
lem velint doceri, aut Philosophiae Moralis praecepta exponi, aut
in Historia Naturali erudiri, ad inseruiendum illis, quantum
poterit.*

S. S. WITTE, J. N. & G. P. P. O. WALDINI *novum*
Logicae Systema, RIDELII *Theorie der schönen Künste und*
Wissenschaften, BAUMGARTENII *Metaphysicam*, nec non
DARJESII *Ethicam philosophicam*, ac FOERSTERI *Einleitung*
in die Staatslehre nach den Grundsätzen des Herrn von
Montesquieu commentationibus suis illustrabit. DARJESII
etiam


etiam *Institutiones Jurisprudentiae universalis* binis explicabit
horis, quarum vna *Jus Naturae stricte sic dictum*, altera vero
Jus sociale docebit. Horas hisce praelectionibus destinandas e
tabula publica significabit.


* * *


*

Qua Exercitia corporis & lingvas exoticas Occidentales,
res ipsa loquitur.

Publ. *Bützovii*, ipsis Calendis Martiis, Anni MDCCLXVIII.







the scale towards document

in viribus ipsius positum est, commodis eo-
stitutioneque vti non dedignantur, inferui-
citer!

RTINI, LL. D. & P. P. O. feliciter divina cle-
ducis laboribus cœptis sequentes denuo per
tuum absolvendas offert; explicaturus
hre der in Deutschland geltenden fremden und
des Herrn von Selchow, Goettingen 1767.
tina

ii elementa iuris civilis ad ordinem institu-
finita XI - XII

eri ius feudale hora antemeridiana IX - X
institutiones iuris criminalis hora etiam ma-

periet disputatoriam; vel si magis placuerit,
nale examinatorium hora post meridiem II-

conatibus clementissime annuat.

MEDICORUM.

OPH. DETHARDING, M. P. P. O. & Se-
Confil. Aulicus per semestre æstivum pub-
linabit Methodo Medendi, juncta explicati-
ectorum huc pertinentium. Privatim casus
cinam forensam, quam Praxin sic dictam
es, ab Auditoribus possim, suppeditata pri-
lumbratione elaborandos. Etsi præterea ali-
alutaris desideraverint nonnulli, horum de-

US SCHAARSCHMIDT, Anat. & Chir.

* 3

Per